

VOTA JUGALIA

In Festivitate nuptiali

VIRI

Clarissimi & Præstantissimi

DN. M. CHRISTIANI RÖLICKII,

Scholæ ad D. Thomæ Lipsiæ ConRectoris fidelissimi,
vigilantissimi,

Et

Virginis Ingenuæ Pudicissimæq;

REGINÆ MEYERIÆ,

Sincero affectu

fusa

à

TRIGA COLLEGARUM.

L I P S I A
Literis JOHANNIS GEORGII.
ANNO M DC LXVII.

UXores qvidam Dominas pro more salutant,
Uxorem Dominam ne pie Sponse voca.
Tu domui dominare tuæ, tibi pareat illa,
Et si aliquando DEO sic placeat, pariat.
Nomine pro Dominæ dic te, Regina, vocabo
COR: est imperii id, hoc sed amoris erit.

Collegæ, Fautori & Amico suo honoratiss. & char-
rissimo, Sponso jam novello

f.



M. GEORGII CRAMER,
Sch. Thom. Lips. R.

1018421

VItæ levamen optimum qvi MUSICAM
Consentientem semp̄ & notam sibi,
Commune Symbolum modumq; dixerit
CONNUBIORUM, haud dixerit, credo, male.
Hanc MALLEORUM proditam sonitu ferunt,
Ictusq; filiam manu multiplici
Et saepius mutante repetiri vices.

(Id

Id ortui si consonum; Auguror bona,
Dulcissimam & S P O N S I S video concordiam.

ἀυτοσχεδίαστι

f.

S E B A S T I A N U S K N Ü P F F E R U S,
Director Chori Musici, & Cantor
Scholæ Thom.

VILLARUM in patriâ vidit RÖLICKIUS agrum
Mox VILLAE Dominum, hunc ut sibi cedat, adit.
VILLICUS ipsius studiô motus locat arvum,
Ut sulcet, subaret, conserat & referat.
AGRICOLA hinc fit CON-RECTOR, festinat arare,
Et vult absq; morâ semina credere agro.
VILLICA sed contrâ, fit nunc REGINA reapse,
CON-RECTRIXQ; domûs, non caput esse cu-
pit.
Et REGINA licet, tamen est qvoq; VILLA mariti,
Possideat solam hanc, qvod precor, atq; colat.
Fac qvoq; Christe, ferat REGINA ut cœlitus UNCTA,
Qvicquid seu plantat seu rigat agricola hic.

Ante

Ante emem ut surgant, fiantq; æstate serenâ
Cum sociis messes, serius haud. Voveo

Et felicem hanc status commutationem
Novellis Nuptis grator

M. J. FRID. Leibniz / Lips.
Ludi lb. Thom. Coll.

F I N I S.

